

[XXI.] De sancto Laurentio et Mellito.

Palma secunda sedere datur Laurentius ede,
 Tertius est Mellitus, honore fideque gemelli:
 Scilicet hi candelabra sunt duo sedis amandæ^a,
 Ambo pares sprevere solum cum sordibus Eve^b,
 5 Ambo pares gessere bonum, quod oportuit esse,
 Ambo pares ivere domus ad gaudia dive^c,
 Ambo pares cecinere Deum: clamant^d libitinę^e,
 Quas oculis spectamus, eorum præmia^f recta.

[XXII.] De sancto Iusto et Honorio^g.

Quartus ibi iustorum Iustus in ordine busto^h
 Clauditur; heret Honoriusⁱ huic in sorte patrono:
 Alta tenent fastigia culminis ii duo vasti.
 Presulibus decoratur ab his hec^j aula canora,
 5 His domus haud ruitura, manens ducibus redimitur,
 His domus est stabilita^k viris, non arte fabrilis,
 His domus est vestita. Patres fulsere modesti,
 Magnus uterque sacerdos, optimus, almus et acer;
 His domus est venerabilis, hic habitacula vera,
 10 Hic^l paradysus^m habetur et alta quies sine labe.

[XXIII.] De sancto Deusdedit.

* 'ecce co-
 horti' C. T.

Nomen habens sortito Deusdedit omine* forti
 Additur hisⁿ, senaria sors, titulis et amena.
 [Qui^o quecumque docebat, agit re, non modo voce;
 Facta suo signabat enim prenomine^p digna.]
 5 Hic quasi sol splendore calet sacra tecta tenendo,
 [Pontificum^o sublime^q decus, nec amabile nulli.]
 Hoc iterum cultore domus stat milite multo.

[XXIV.] De sancto Theodoro^r.

Theodorum cantare iubetur vox aliquanta,
 Septima quem super astra levat sors tempore sera.
 Bis tribus his ternisve bis iste lucerna lucernis
 Preminuit, bis ternis maior in arte magister.
 5 Qui laticum^r vivorum nos septemplici^s rivo

a) 'amandē' C. b) 'Eve' C. c) 'dive' C; 'vitę' L, aber überschmiert.
 d) 'clamat' C. e) 'libitine' C. f) 'prem.' C. g) 'Honorato' C.
 h) 'Honrius' C. i) 'hec' C. T. k) Verb. aus 'stabilitate' C. l) Lies
 'his'? m) 'paradysus' T. n) 'et s. s. et gratia plena' C. T. o) Verse
 3. 4. 6 fehlen L. p) 'pre n.' C. q) 'sull.' C. L. r) 'latium viro-
 rum' T. s) 'septemplici' C. T.

1) Die Todtenbahnen, wie 'feretra' für die dort gesehenen Wunder.
 2) Cf. XXIX, 17. 3) A. 668—90.